



PRÆFATIO  
In disputationem  
**D**E VOCATIONE MINI-  
STRORVM EVANGELICORVM,  
Habita in scholis.

M. QVIRINO CNOGLERO LOGICES  
(Eloquentie in cœtu Euangelico Vilnensi, olim  
Professore ordinario.

Addiem 16. Iulij Anni M. DC. III

VILNÆ, Typis Acad. Societ. IESV.



62229



ILLVSTRISSIMIS  
AD INCOMPARABILEM MAIORVM SVO-  
RVM LAUDEM  
VIRTUTE DVCE  
COMITIBVS LITERIS.  
SVPRA SPEM IVXTA ET AEATATEM ENI-  
TENTIBVS.

DD. DD.  
D. NICOLAO CHRISTOPH.  
D. ALBERTO STANISL.  
FRATRIB. GERMAN. RADIVILIS.  
NEC NON.  
D. IOANNI ALBERTO

SACR. ROMAN. IMPERI. PP.  
DVCIB. IN OLYCA ET NIESVVIESZ  
&c. &c.

DD. suis Clementissimis.

HANC SVAM, DISPV TATIONI DE VOCAL-  
TIONE MINISTRORVM PRÆMISSAM.

ΠΡΟΚΑΤΑΣΚΕΥΗΝ.

L. V. M. D. D. D. q.

QVIRINVS CNOGLERVVS. &c.

PRÆFA-

# PRAEFATIO.



M. BELLEM ANIMAM IN  
pugnâ ne buccina quidem accedit,  
extrâ eam vel fistula, vetus est pro-  
verbium, Auditores Illustres, Ma-  
gnifici, Reuerendi, Nobiles. Nam ves-  
rum esse, nihil attinet dicere. Res  
ipsa loquitur: & ij satis superq; noui  
nescio cuius verbi, quod ex Alpium nuper obscuris fau-  
cibus erupit, testatum Ministri faciunt. Quis illis  
vnquam, cum in suorum versantur circulis, animosi-  
or, confidentior, verbosior? Cedunt illis, cum Iuuena-  
ti loquor, a vt vt linguaces illi sint,

a Iuuenal. Sac. 6.

Grammatici, vincuntur Rethores, omnis

Turba rater, nec cauſſidic⁹, nec præco loqui quit.

Planè Mars in lingua ijs tum est: tum Papistas ad  
internacionem vsq; omnes cedunt, conficiunt, iugulat:  
tum φλυαζίας eorum non scripturā modō, sed ratione,  
sed omni omnino antiquitate confodiunt. Non abiues-  
rim longius. Inter me & vnum de illo genere Epiz-  
scopum, b vt se appellabat, quid nuper adeò sit actū, b  
nemini puto vestrūm ignotum est. Voluit ille Catholiz-  
corū ſones, nou⁹ Pyrgopolynices, copias diſflare spiri-  
tu, vt vent⁹ folia, aut panniculū tectoriū: voluit demōs-  
ſtrare ad oculum, ad rogum vsq; defendere ( illius hæc  
ſunt verba ) ſe, ſuos omnes, genuinos Pastores, germanos  
Episcopos, veros & legitimos esse Ecclesiæ Dei  
Ephoros. Qualis miles, quam gloriarum plenus?  
Accinas illud, ſi audias, Comici. c

b Is fuit. Georg.  
Plothovvius  
Superintend.  
Vilnenfis.

c Plaut. in Mill-  
te act. 3. Scen. 8.

Centum in Cilicia,  
Et quinquaginta centum Sycolatronidae,

Triginta Sardi, sexaginta Macedones  
Sunt homines, tu quos occidisti vno die.

Sed quid fecit?

Quid tanto dignum tulit hic promissor hiatu? d  
Nēpe ante pugnā bellicos fuit, extrā teli iactū miles.  
Quid posteā itum est contrā, tergiuersari c̄epit: cecis  
nerunt signa, arma submisit; inducias quatuordecim  
dierum pactus est, quas & tulit: ad manus veniendum  
erat, subduxit se, & acie simul ac vrbe excessit. Nō du-  
bito, Auditores, quin taciti intrā vos, & rideatis stra-  
tiotam tam pugnacem, & miremini desultorem tam  
leuem, & desertorem tam turpem detestemini. Recte  
omnia. Sed nimirum verum est, quod Plato alicubi di-  
cit: vt in palatis, sic in iudicijs hominum est diuersitas.  
Evidēt ut vnā vobiscum non inuitus rideam stra-  
tiotam, mirer desultorem; ita tantum tamen abest, de-  
sertorem vt detester, vt commendatione potius dignū  
existimem. Recte illum atq; ordine, vt in veteribus  
est formulis, fecisse censeo: nec, vt maximē voluerit, a-  
liter potuisse. Sciuit ad statariam se Dialecticorum  
pugnam euocatum, non sparsam & errantem decla-  
matorum velitationē; iugulum hosti præbere noluit.  
Legit, si legit tamen, iam olim, vt definiatur Dialectis-

e August. li. 1 ad-  
uers. Crescon.  
Grammatic.  
f August. lib. 1.  
cont. Crescon.  
c. 3.  
g Possid. c. 14. in  
vitâ D. Aug.  
h D. August de  
act. cum Felice.  
Possid. c. 4. &  
c. 13. in Vitâ & fortunatum sit eorum Euangelio, Virtutis ergo,  
tota Ministrorum manus, Episcopo qui de Repub.

Caluis

d Horat. de art.  
Poët.

Caluiniānā, sicut fugiens olim ~~Emilius de Romana~~,  
nondum desperauerit, statuam ponat inauguratam, in  
cuius illud inscribatur corona summā : ANH P  
~~ΦΥΓΩΝ ΠΑΛΙΝ ΜΑΞΕΤΑΙ ΗΓΟΥΜΑΣΚΕΙΣ~~

Verū ego missō tam fortī exercitus Euangelici  
Imperatore, ad vos Auditores redeo, imō ad me. De  
Vocatione mihi ministrorum. Euangelicorum disser-  
rere decretum est. Multa sunt hīc eorū paradoxa, quæ  
vel risum mihi mouent vel stomachum: nullum quē,  
quām cum pro exquirēndā nos missione illā sua, su-  
prā hos fidereos vsq; globos, in cœlum amandant.  
Querimus, quis ad excitandum, vt illi iactitant, Euangeliū  
iam sepultū eos miserit, illo quiescere conti-  
nuo iubemur.

Est Deus in nobis agitante calescimus illo. i  
Quare & Lutherus k En, ait, appello me Euangelistā  
Dei gratia: & titulo insigniui me ipsum. Certus  
enim sum Christum ipsum Euangelistam me nominas-  
re. Et iterum l Certus sum habere me dogmata  
mea de cœlo; quæ & ne Angeli quidem vllijs volo m  
subire iudicium, iudicaturus eorum testimonio vni-  
uersos & homines & Angelos. Et alibi, n Ego n  
sum Isaías, Philippus est Hieremias. Cinglius etiam o  
Certò noui doctrinā meam non aliud esse, quām sa-  
cro sanctum verumq; Euangelium, quod Dominus per  
Spiritū sui reuelationem prædicari à me voluit. Gal p  
uinus autem. p Non minus, inquit, ad nos quām ad  
veterem populum, quod habetur apud Ezechielem &  
Hieremiam pertinet, Deum depulsis improbis pasto-  
ribus, probos daturum & fideles. Nam Lutheri di- q  
scipulos lubens prætereo quibus nihil Lutherus aliud,  
quām Angelus Dei fortis, postrema Dei tuba, Prophē- r  
ta potens in opere & sermone, tertius & ultimus Hes- lias. q Θεοσ τις τῶν θεολόγων. r Doleo vchemen-  
ter, Auditores, cum temporis exclusus angustijs, ver-

i Ouid. 6. Faſt.  
k Luth. in lib.  
cont. falsō no-  
minat. ordin.  
Episcop.  
l Luth. in lib. cōt.  
Hér. Reg. Ang.  
m Sleidan. lib. 3.  
Històr.  
Luth. Sermo-  
cōiu fol. 488.  
Cingl. tom. 2.  
in act. disput.  
Tigur. f. 160.  
Caluin. de ver.  
Eccl. reformād.  
ratione. f. 463.

I Ita Amsdorf.  
Sacer. Mathes.  
passim in suis  
script.  
Mich. Neander  
in explanat.  
part. ord. scrit.

6  
sari in hac, ut volo, aperienda, eorum temeritate nea-  
queo: quæ vna & Christū nobis alium parit: & nouam  
à fundamentis Ecclesiam excitat: & mustum planè  
ac recens Euangelium germinat. Cogor enim, quem  
admodum qui ad lautè extructam, & bellariorum co-  
piâ refertā accumbūt mensam, delibāt potius singula,  
quam sumunt: sic ego ex immensa eorum, quæ adferrā  
poterant, copiâ attingere magis aliqua, quam enucle-  
atiūs, ut decebat, persequi. Quicquid est, agite, & quod  
huc fecistis vsq; porrò quoq; pauxillum mihi & tem-  
poris & operę impartimini.

Percontari mihi libet ex mustis illis populi Chris-  
tiani magistris (quanquā magistri quomodo poslunt  
esse, quorum erroribus scatet doctrina) sed magistris  
tamē. Instinctus ille, quem præferunt, diuinus: cælestis  
ille impulsus, vbinam nobis latiter? Vbi? Quid aiunt?  
Profsus, inquiunt, inclusus est in pectoribus nostris,  
neq; res est eiusmodi quæ foras spectet, & hominum sit  
oculis peruria. Probè. Sed ego sic accepi, quoscunq;  
Deus extrā ordinem aliquando excitauit, eos afflatus  
diuini multa & magna præ se tulisse signa: multas res  
mirabiles & nouas, vel uno verbo perfecisse; quarum  
admiratione omnium in se oculos & animos conuer-  
terent. Nempe igitur ab ijs eiusmodi rebus instru-  
eti sunt illi: ijs vel dubitantib; vel repugnantib; etiam  
fidem possunt facere: ægris valetudinem, surdis audi-  
tum, aspectum cæcis, mutis vocem, ingressum claudis  
restituerunt: mortuos ad vitam reuocarunt? Nihil mis-  
nus, nihil est horum, nihil ut omnes etiam arculas  
suas excutiant, quod proferre valeant. Ne claudum  
Luth. tom. 4. com. in I saia. c. 35, & id propemodum sibi gloriæ ducit: Caluini au-  
tem schola tota, & tantum abest, ut miraculis sua  
refut. Thes. Vid. Sadeel. in regnum & quasi soliū amandet. Destituti igitur ab hoc  
Posnan. de Ec. c. 10. sunt argumentorum genere, inanes, aridi. Quid porrò  
aliam

alia ijs sunt sane bona atq; firma, quibus, nisi sumus ob-  
stinatis animis & voluntate, fidem habere debemus.  
Quæ sunt illa? Verbū Dei habem⁹, aiunt, purū & putū,  
& defecatū, & ab omni cōcō Pontificio liberū; quò &  
portenta sunt hominū nō homines, qui loquenti Deo  
per nos, nisi obstupefacti miraculis, nolunt credere, u  
**Agnosco Caluinum.** Liberè tamen quod sentio, dicā,  
(licet autem puto. Nec enim Genevæ sum) risum vix  
est vt teneam, cum hæc audio. Verbum Dei à te stat,  
Caluin⁹, purum, putum, defecatum. Quæso te, cu-  
iū tu hic aras vitulā, Mahumetes an aliud dicit? x  
an aliud **Arrius**? aliud porrò Lutherani, Ebionit⁹,  
Suenckfeldiani, Flaciani, Hæretici omnes, quotquot  
vel fuerunt olim, velsunt nunc? & idem cum dicant o-  
mnes, apud te vnum tamen & solum Dei verbum erit  
purum, putum? Ignosce Caluine, non credo: aut per  
lilia illa tua te oro, quæ ita amas, vt in dorso etiā cir-  
cumferas, y sic esse doce. Quid adfers? Prophética  
& Apostolica scripta consule. Consului, & multò tiz  
bi faueo quam anteā min⁹. Quid porrò? Quia planum  
illud est. At ego pernego, quin approbas te mihi?  
Quia ego ne latum quidem vnguē à verbo Dei disce-  
do. Quos tu gyros mihi, quas rotas, quos circulos Lo-  
godædale fabricas? vbi est acumen tuum? Tu ne, vt il-  
lud semper, quod in quæstione est positum, de quo vel  
maximè controuertitur, quasi in plano sit & perspicuo,  
& extrà omnem dubitationis aleam ita sumas? Quin  
argumētis tu tibi fidē certis adstruis? Hæres. Videris  
**Auditores**, quò nobis verborum illæ ampullæ de puro,  
puto & defecato redeant; leui missili confixæ iacent:  
ariete, quo subruantur, nihil habent opus: refutatum  
vberiorem non desiderāt. Verum enim uero, quia tro-  
phæum illi in hac suâ constituant iactantiâ; in hoc ex-  
ultant campo potissimum, adeste, quæso vos, & quæ est  
vestra humanitas, ex illis Orgijs secretis istorū homi-

u Gal, Inst. lib. 3.  
c. 7. & lib. de  
scand. pag. 146.

x Azoar. 17. Alt.

y Vide Bolsec. in  
vit. Calu. c. 5.

- a** Caluin. lib. 1. minum, puri illius, & puti verbī, de Deo, de Christo, de Inst. c. 18. Peccato, de Iustitia, de Sacramentis, de ipso quod tan. S. 2. lib. 2. c. 4. to crepan̄t hiatu, D E I Verbo, ex eorum haus S. 2. 3. 4. lib. 3. sta libris, eorum verbis expressa, axiomata cognosc. c. 23. S. 2. 4. scite. Hæc, si purum, putum, vobis Dei videbuntur 7. & c. 24. S. 13.
- a** Bez. in lib. adu. verbum, nihil causæ dico, quin ego quod vultis suppli- Sycophā. calū. cium, illud dependam: vos autem, agmine factō, quod
- b** Philip. in epi. abſit ramen, ad Galuinum & istos nouos verbi semini- ad Rom. c. 8. os eatis. Ordiamur à Deo. Quid de hoc Lutherus? quid edit. Witteber. 1524.
- c** Cing. tō. 1. lib. uiodunensis municeps Galuinus: quid gladiator Hel- de pvid. Dei. uetus Cinglius? quid alij attendite. Deus reprobos ad c. 6. peccandum cogit, & necessitate quadam plusquam fa-
- d** Cing. ibid. fol. rali impellit: **z** Si non cogit, nō impellit, sed permittit 365. tantum scelera, nō est Deo omnipotēs, sed Deo Epicuri ocios, ignauus, improvidus. **a** Adulterium Dauidis, scutia Manlii, pditio Iudæ æquè Dei sunt opus, ac ipsa Pauli conuersio. **b** Latro Deo impulsore occidit, & ad peccandū cogitur. **c** Cum adulterium cōmittimus, aut homicidium, Dei opus est motoris, auctoris & impulsoris. **d** Idem vult Deus atq; Diabolus: **e**
- h** Bez. lib. 2. adu. & hic illius mandato, imposturis suis reprobos illas Heshus.
- f** Idem ibid. pag. queat: **f** Calechutanum audire credas Diabolo fol. 1001. tripli redimto coronā sacrificantem. Sed pergo. Potentia Dei infinita & absoluta commentum est, si- cut prophanum, ita detestabile. **g** Nec credenda est, nec vniuersaliter recipienda illa Gabrielis Angeli pro- positio; Non est impossibile apud Deū omne verbū. **h** Deus ex quo Adamus peccauit desuit esse pater huma- ni generis. **i** Tres in diuinitate personæ non statu, sed gradu; non substantiâ, sed formâ; non potestate, sed com. an. 45. c. specie differunt: **k** Trinitas insipidum quid est & de Christo.
- m** Melac, in loc. Beza in magnâ fidei cōfes. Gal- tres personæ. **m** Essentia diuina in tribus personis realiter & ab æterno distincta est, **n** Progrediamur Etâ. ad pers.

ad personam C H R I S T I . Quid hic ista sibi  
volunt̄ In Christo aliiquid est diuinæ naturæ. o Chri-  
stus Deus est à se, hoc est, distinctus à Patre. p Chri-  
stus non est genitus de Patris essentiâ. q Anima mea  
odit o'nu'so'io'n r Solus Pater propriè, & καὶ υπεροχήν  
Deus est, & creator: Filius impropriè & secundariò. f  
Pater prima, Filius secunda vitæ causa est. t Duæ  
cōstituātur in Christo vñiones hypostaticæ; altera ani-  
mæ cum carne: diuinitatis cum humanitate altera u  
Christus homo personaliter à Deo distinctus est. x  
Essentia Patris nec ex toto, nec ex parte Filio com-  
municari potest, nisi Pater eā priuetur. y Christum  
simul in multis locis esse posse, tam facile credo, quām  
S. Annā habuisse quinq; capitæ; aut innocentem infantē  
barbā duodecim cubitos prolixam. z Illa autē quā m  
sunt insignia? In isto, Verbum caro factum est, ad tro-  
pum necessariò confugiendum est. a Christus ex  
parte nobis tantum salutaris est, quā de ccelo descen-  
dit, non quā ex Virgine natus est. b Christus &  
puer & adultus non fecus ac homo quiuis laborauit  
ignorantiâ: e ut adoleuit corpore, ita & animæ dos  
tibus creuit. d Christus cum orans in horto gru-  
mos aquę sudaret & sanguinis, sensu damnationis æ-  
ternæ cohorruit; e vocem edidit sine ratione, sine  
spiritu. f Christus cum actus in crucem exclama-  
uit, Deus meus, Deus meus, accensus est flammis infer-  
ni: g desperationis vocem emisit, non aliter ac si  
pereundū ei foret interneccione sempiternâ. h Chris-  
tus post mortem crucis exanclatam gehennæ gustauit  
flamas, & penas inferni pertulit, i Christus  
mortæ corporeâ nihil nobis pfuisser, nisi anima quoq;  
eius cum inferorum copijs & æternæ mortis horrore d  
quasi cōsertis manibus fuisset luctata: & sic scelus no-  
strum suppliciumq; dependisset. k En uobis crux

o Melach. in Loc.  
edit. Halæ Sue-  
uor. ann. 1539.  
fol. 8. & 10.  
p Cal. inst. lib. 1.  
c. 13. §. 23.  
Bez. in Heshus.  
Luth. cōt. Latō.  
f Cal. ady. Gēt.  
in refut. 10.  
Proth. & inst.  
li. 1. c. 13. J. 23.  
Cal. in cap. 6.  
Ioan. 57.  
Bez. cōt. Smid.  
li. de vn-hypo-  
duarum in X.  
naturar.

x Bez. in resp. ad  
argumē. Brēt.  
de Omniprē.  
Cal. in explic.  
perfid. Gentil.  
pag. 916.

z Carolstad. in  
Dial. de coenâ.  
Orthod. cōfes.  
pag. 18. & 123.  
& 196.

b Cingl. lib: de  
ver. et fal. relig.  
Calu. in Harm.  
c. Matth. 24. y.  
36.

d Cal. in Harm.  
c. 2. Luc. y. 40.  
e Marlor. in c.  
Matth. 26.

f Caluin. in Harm. Euang. g Brent. in Luc. part. 2. Homel. 65. & in  
Ioan. Homel. 54. h Caluinus in Harm. i Smidel. conc. de pass. & coenâ  
Domini. Epis. comment. in Psal. 16. k Caluin. Inst. lib. 2. c. 16. J. 10. & 11.

- ille tener, & delicat<sup>9</sup>, & regius, quide innocentis Agni  
 corpore lacerato filioque scaturij, ecquid apud  
 eos habet pretij? Sed cognoscite diriora. Christum si  
 simpliciter & per se Dei velis iudicio opponere, meri-  
 to loc<sup>9</sup> nō erit. I In Christi morte spectaculum de-  
 sperationis plenum occurrit. m Sanguis Christi  
 Curē: in Spōg dūdum dissipatus est, in rerum naturā non est: n ante  
 239.  
 o Erast. in fun-  
 dament. decla-  
 rat. pag. 29.  
 p Cingl. in tō. 2.  
 resp. ad Luth. Etē sentiunt, de Homine, de Peccato, de Iustitia, philo-  
 lib. de Sacram, sophabuntur magnificentiū? Sed nimirūm nota sunt  
 fol. 461  
 q Illyr. in varijs  
 libr. de peccat.  
 orig. Kemnit.  
 cont. cens. Co-  
 lonien. &c.  
 r Calu. lib. 1. Inst.  
 c. 15. J. 4 &  
 4. inst. c. 15. J.  
 20. & 21.  
 s Illyr.: in varijs  
 libr. de peccat.,  
 orig.  
 t Luth. tom. 5.  
 Witterb. an. 1551  
 in adser. art. 36.  
 u Wicleff. apud  
 Waldenī. lib. 2.  
 de Sacram. c. 14  
 Cal. in antidot.  
 conc. Trid.  
 x Hōrat. lib. 1.  
 y Cingl. in lib. de Baptis. tractat. 3.  
 35. b Luth. 2. part. Postil. German fol. 140.  
 ille tener, & delicat<sup>9</sup>, & regius, quide innocentis Agni  
 corpore lacerato filioque scaturij, ecquid apud  
 eos habet pretij? Sed cognoscite diriora. Christum si  
 simpliciter & per se Dei velis iudicio opponere, meri-  
 to loc<sup>9</sup> nō erit. I In Christi morte spectaculum de-  
 sperationis plenum occurrit. m Sanguis Christi  
 Curē: in Spōg dūdum dissipatus est, in rerum naturā non est: n ante  
 239.  
 o Erast. in fun-  
 dament. decla-  
 rat. pag. 29.  
 p Cingl. in tō. 2.  
 resp. ad Luth. Etē sentiunt, de Homine, de Peccato, de Iustitia, philo-  
 lib. de Sacram, sophabuntur magnificentiū? Sed nimirūm nota sunt  
 fol. 461  
 q Illyr. in varijs  
 libr. de peccat.  
 orig. Kemnit.  
 cont. cens. Co-  
 lonien. &c.  
 r Calu. lib. 1. Inst.  
 c. 15. J. 4 &  
 4. inst. c. 15. J.  
 20. & 21.  
 s Illyr.: in varijs  
 libr. de peccat.,  
 orig.  
 t Luth. tom. 5.  
 Witterb. an. 1551  
 in adser. art. 36.  
 u Wicleff. apud  
 Waldenī. lib. 2.  
 de Sacram. c. 14  
 Cal. in antidot.  
 conc. Trid.  
 x Hōrat. lib. 1.  
 y Cingl. in lib. de Baptis. tractat. 3.  
 35. b Luth. 2. part. Postil. German fol. 140.  
 hæc illorum mysteria. Imago Dei in homine penitus  
 deleta est, nullā boni scintillā superstite. q Tota na-  
 turā quoad animæ omnes partes ita fūditūs euersa est,  
 vt ne renat quidē sanct<sup>9</sup> quicquā sit aliud, quām mera  
 contagio. r Animas post Adami lapsum ipse Dias-  
 bolus procreat, & in se transformat. t Liberum ar-  
 bitriū res est de solo titulo, imo titulus sine re. t Quid  
 amplius! Ut Stoici reuiuiscant, Peccata omnia D E O  
 iudice sunt paria: u nec magis peccat.  
 Qui teneros caules alieni fregerit horti,  
 Quām qui nocturnus sacra Diuūm legerit. x  
 Peccatum originis naturæ morbus est, nec culpabilis  
 per se, nec damnationem inferre potis: y est inti-  
 ma substantia animarum z Nemo est certus se non  
 semper peccare mortaliter. a Nullum peccatum  
 damnare hominem potest, præter solam incredulita-  
 tem. b Omnia peccata alia Domini Simonis sunt  
 peccata. c Iustitia nostra occultatio tantum est des-  
 licti, quam qui sola fide prehenderit, ille tam de salute  
 Sat. 3.  
 y Cingl. in lib. de Baptis. tractat. 3. z Illyricus & alij. a Luth. art.  
 35. b Luth. 2. part. Postil. German fol. 140. c Lut. in Postil. domest. fol. 259.

certus

M

Tertius est, ac si iam pridem interminato celi gaudio  
frueretur. d Iustitia nostra operibus non tantum d Cal 3. inst. c. 22  
soluta est, sed nec stare cum operibus potest. e Ad 9. 28. & 41.  
remissionem peccatorum satis est Baptismi repetere e Luth. Cal. An-  
memoriā: f P̄nitentię Sacramentum ementitum est. f Cal 4. inst. c. 19.  
Christianus etiam volens salutem perdere non potest,  
nisi nolit credere. g In æternā vitā Theseum visu- g Luth. li. de capte.  
ris sumus, & Scipionem & Herculem. h Credo, cum Babylon.  
claū etiam & leonis exuuijs, vt celi ingressu ministros h Cingl. tō. 2. in  
prohibeat. Vix mihi temporo, ait Erasm⁹ i quin dis- exposit. Christ.  
cam: Sancte Socrates ora pro me. Imò dicit̄ iam olim fid. ad Galiorū  
Lutherus tuus riualis dixit, Sancte Sathana ora pro Reg. fol. 559.  
me. k Mitto alia. Ad Sacra menta enim festino. Quot i In colloq. in cō-  
sunt igitur eas? Nouem. Witeberge quatuor; Lipsiæ tria; k Luth. serm. cōu.  
Genevæ duo. l Quid sunt autem, & quid conferunt?  
Audite. Sacra menta repræsentationes quædā sunt, aiūt l Vid. Staph. desēs.  
illi, Christi absentis, vt Agamemonis in scenā: m adu. Melancth.  
nihil aliud Christianis, quām quod toga Romanis: m fol. 138.  
palliū Græcis: cuculli Monachis: n quām tessere  
militares, quibus Christianos nos esse pdimus, vt ille se n Curæ in Exe-  
Heluetium, qui crucem gestat albam. o Hyperbolice  
dicendi figuræ sunt, & immodica encomia, quæ de vi ges. fol. 88.  
eorum ac efficaciā in literas SS. Patres retulerunt. p Carolst. & Sa-  
Tantū abest, vt gratiā conferant, vt ne adferant qui- cramat̄. teste  
dem, aut dispensent. q Ea Diabolus etiam recte atq; p Lut. in 2. script.  
ordinē administrat. r Verbis, quibus ea conficiun- cōt. Reg. Angl.  
tur, magica inest f incantatio. Et sufficit hoc. Minimē q Cingl. in Fid.  
Baptismus vel nihil est: t vel significatio duntaxat rat. ad Carol.  
salutis est, u non secus ac clavis tradita à iudice si r Luther. lib. de  
gnum possessionis: x à D. verò Paulo lauacrum re- capt. Babylon.  
generationis impropriè dicitur. y Ab eo salutis f Cal. 4. inst. c. 17.  
nostræ ducere initium error sordidus est. z Etiam t Philip. in Loc.  
ante illū, & sine illo sancti infantes, non iñ tantū qui tit. de signis.  
cum Deo coniunctos proprios parentes habent; sed u Cal. inst. li. 4. c.  
x Bez. lib. 2. qq. pag. 68. y Bez. in colloqu. Mompelgart.  
z Bez. lib. 2. qq. pag. 62.

15. §. 2. &amp; 10.

- ij quoq; qui aliquem ex maioribus a etiam ante mil-  
le generationes. b Non plus potest ad iustificationem  
a P. Mart. sup. nostram, quam apud Iudeos mare & nebula. c Si  
Genes. p. 69. habeas benè, si careas nihil damni. Nec enim lex cum  
b Bezd. in sum Christianis. p. vlla præscribit. d In quo quis nomine conferri potest:  
140. modo ille qui suscipit, suscipiat in nomine Domini. e  
e Cingl. de peccat. Christus Baptismi formulam certam non instituit: f  
Orig. sufficit recitatio symboli & aquæ ceremonia: g imò  
d Oecolamp. li. 2. ne hæc quidem necessaria est; Etiam cereuissæ baptis-  
epp. Zuing. & zari is potest, & òni eo, quod lauaci nomine venit. h  
Oecol. fol. 80. Et de Baptismo hæc sunt. Quid de tremendo dicam  
e Lut. lib. de cap. Eucharistæ mysterio? Animus horret. Perinde est, as-  
Babylon. c. de iunt illi, cum quis dicit, si te angunt peccata tua, accipe  
Baptismo. corpus CHRISTI, ac si dicat, quando esuris, accipe  
f Cingl. li. de verâ & fals. relig. c. pugnum hordei in remissionem peccatorum. i Es-  
corpus & fals. relig. de Baptis. sitatio siquidem carnis Christi nihil prodest: k nihil  
g Brét. in Catech. aliud gignere potest, quam carnem. l Cœna in quâ  
c. de Baptism. ore corpus Christi sumitur, cœna eiusmodi est, quam  
h Lut. serm. cōu- Tantalo ne inferi quidem inuideant. m In Eucharis-  
tit. de Baptis. fol. 199. stia Christus non nisi fictitious est, qui non magis nos  
i Carlost. Dial. exaudit, quam Baal suos sacerdotes: n non nisi (&  
de cœnâ. parce mihi Christe Iesu referenti) numen farinæ cū, o  
k Cingl. li. de ver. furfuraceum, p DEVIS coctus. q Defensores  
& fal. relig. fol. 240. præsentia Christi thronum stabiliunt Dei Maozim: r  
Idem ep. ad Al- asini sunt per ònia sæcula sæculorum. s Panis ab A-  
ber. fol. A. 4. postolo vocatur corp' Christi sicut fasces magistratus,  
m Oecolamp. in lib. de verb. vellus aureum ordo patricius. t Verborum, Hoc est  
Domini. corp' meū non alius est sensus, quam eorū, Septē boues  
n Bez. in Creoph. sunt septem anni. u Excrementum est Sathanæ dos-  
fol. 40. gma de oralí manducatione: x commentum cuius  
o Bez. ãnot. 4. in 2 queat vel ipsum Diabolum pudere. y ἀνθρωποφάγοι  
ad Thessa. sunt z immaniores Scythis, a Canibalibus, b  
p Idem cōt. Smid. Diomede c qui ore sumunt Christum. Afferere cor-  
& Selne. pus Christi ore percipi, ad ollas est respectare Ägy-  
q Cet. Sec. Cur. in Pasquil. Ecstat. r Curæ in Spong. f Bez. in Creoph. fol. 191. t Abdi. Liber.  
in Syn. pag. 5. u Curæ in Exeg. x Bez. lib. 1. epp. fol. 296. y Bez. ib. 44.  
z Cingl. lib. de ver. & fals. relig. a Idem ep. ad Alber. B. 5. b Bez. 3. Apol. cōt.  
Seln. c Oecol. lib. de verb. Domini.

pticas: d velle defendere, Herculem est in mōrsu d Cīngl. in cōfes.  
pulicis inuocare. e Et quid amplius desideramus? ad Carol. E. 7.  
Pisces & radices non minus rectē quām panis in eius e Gualt. in pref.  
vīsū adhibentur. f Ad verba autem Christi, Hoc est ep. ad Rom.  
corpus meum, sinistro tantum oculo respiciendum est, f Bez. ep. ad Thō.  
g recto ad illa, Caro non prodest quicquam: h quips. Tīl. p. 27. &  
pe cortex illa tantum sunt literæ: i sunt nimis sicca: ep. 25. p. 154.  
k sunt quinque verbia probatio: l sunt tria impos. g Victor. Str. in  
tentia verba: m quibus Christum Iouis Elicij instar  
in panem Papistæ deuocant: n planè vt Caluini aut h Cīngl. lib. de  
Bezae fuisse discipulum credam, qui cum in opia calicis,  
cochleari vteretur in administrandâ suâ cœnâ, Accipe, i Caluinist. in Pa-  
inquit, & bibe, hoc cochlear est noui testamēti. o Ve- lingen.  
rum ego ad Dei verbum venio scriptum. Ecce vobis k Cīngl. in lib. de  
eius elogia quām præclara! Moysen neq; audire neq; ver. & fal. re-  
videre volumus. p Est magister omnium carnificum:  
est Christi Domini hostis. q Liber Judith Tragœ- lig.  
dia est aut fabula. r Liber Tobiae Comedia, in quâ  
de mulieribus sermo: multa sunt in eo ridicula & stulta.  
s Libri Job poëta ster quispiam author est. t Eccles- i Mart. Dialog.  
iasticus Jurista est vel legis Doctor: de Christo nihil cōt. Brent.  
quicquam vel nouit vel docet: u Libro secundo Ma- m Burē in cōvēt.  
chabæorum, ait Lutherus, & libro secundo Hester tam an. 60. Bremg.  
sum infensus, ut magno emerim neutrum eorum exta- n Gualt. in pre-  
re: continent multa, quæ gentilium superstitionem fa- fat. ep. ad Rō.  
piunt: x et ille non plus probat quām Ioannes de q Luth. serm. cōu-  
Monteuilla. x Ecclesiastæ nimium deest, nec ocreas fol. 152.  
habet nec calcaria: equitat in foccis tantum, quemad- r Ibid. fol. 481. &  
modum ego, dum vixi in cœnobio. z Canticum Solo- 482.  
monis cantilena est de amicula: & cum pedissequis au- f Ibid.  
læ colloquium amatorium. a Epistolæ Iacobi no- t Ibidem. 482.  
lo habere in meis Biblijs, arida est, tumida est, straminea x Ibid. 481.  
est, non sapit Euangelicum genium. b Epistola ad y Cīngl. tom. 1  
in explanat.

art. 57. z Luth. conu. serm. 481. a Castal. in præf. in cant. Vide Bez. præfat.  
ante comment. Cal. in Iosue. b Luth. in 2. præfat, eius epist.

- i** dem in p̄fsat: Hebræos nec Pauli est nec vlliū Apostolorum: lignū  
ep. ad Hebræ. in eā, & scenum, & stipulæ meræ. **c** Epistola Iudæ pro-  
d Idem tom. 2 pter solum Papam scripta est: aduersatur Euangelicæ  
resp. ad Ambr. libertati. **d** Mattheus sæpè citat veterum Propheta-  
Cather. p. 153. rum sentētias contrà germanum & propriū sensum, **e**  
**e** Cal. in Mat. p̄s: Ioannes peccauit Apostasiā. **f** Lucas multas sententias  
c. 2. c. 4. c. 8 Bulling & Marl. Euāgelio suo ex abrupto infarcijt: **g** vnā cum reliquis,  
in A poca. c. 19 declamatoriè & nugatoriè, de Christo Hierosolymam  
& 22. ingresso, exponit illud, Ecce Rex tuus. **h** Apocaly-  
**g** Cal. c. 5. Matt. & plis est similiſ quarto Esdræ. **i** Quid autem? Quar-  
6. Lu: v. 40 hū Schlusselb. ex tus Esdræ qualis? sunt in eo pulchræ & bonæ etiam  
Cal. in Theol. nenia. **k** Quid potest honorificentius? quid ad lau-  
Cal: lib: 2 c. 6 **j** Lut: in p̄f: in dem diuinarum tabularum accommodatiūs? Et Pro-  
Apocal: **k** Idem serm. cō-  
uiu: fol: 481. **l** Calu. in Luc: c. 16 prophetas hæc tangunt & Apostolos & Euangelistas.  
**m** Id. in Luc. c. 22 Quid æterna Sapientia Christ? Quid? Audite Cererem  
nes: **l** & quæ non ex omni parte quadrent: **m** suo  
**n** Id. in c. Matt. 7 peruvacuas illationes, **n** nec satis aptas proposito &  
**o** Id. in c. 1. Ioan: sæpè parum solidè ratiocinatur: **p** verba prophetar-  
**p** Id: Matt. 9 v. 5 rum in alium sensum deflectit: **q** parum solidè ad-  
**q** Id: Matt. 18. uersarios refutat: **r** interroganti autem, Quid faciā  
**r** Id: in c. Mat. 12. vt vitam æternam possideam: ita responderet, vt viam  
v. 25. **s** Brent: in Ewang. potius indicet ad æternam damnationem. **f** Hys  
Dom. 13 post perbolæ sunt & Hyperochæ omnia eius promissa fas-  
Trinit: cta bonis operibus: **t** locutiones impropriæ. **u**  
**t** Cingl: tom: 1 li: Tempora. Tempora qualia mōstra peperistis! Verūm  
de prouid: restant pulcherrima de vitâ & morib⁹ frusta: paucis  
**v** Calt: in c. Matt. 6 ea quæſo vos patienter accipite. Res vxoria tam est  
v. 6. **x** Si nolit  
**x** Lut in li: de Vit: cuiq; necessaria, vt esca, potus, somnus. **x** Si nolit  
coniug: vxor, veniat ancilla. **y** Ideo es conditus à Deo ut  
**y** Lut ser: de Matr. sis maritus aut vxor. **z** Non p̄ceptum est, sed  
**z** Ibidē. plusquam p̄ceptum illud, Crescite & multiplicamini.  
**a** Ibidē. **b** Decalogus nihil ad nos; **b** nullum est in Euans  
**b** Lut. in serm: de gelio  
Moysē.

gelio p̄ceptum. e Abiad Iudeos cum tuo Moys  
ie. d Erga Deū nullis indigemus operibus, sed so-  
la fide. e Cum solo Isaac nobis veniendum est, id est  
cum fide; seruos & asinos, hoc est, opera oportet dis-  
mittere. f Via ad cœlū est angusta, necesse est ut gra-  
ciliis fias, si transire velis: qui bonis operibus onusti  
sunt, per hanc viam nunquā se penetrabunt. g Quantō  
secelerat es, tanto citius Deus gratia infundit. h Planēt  
Aude aliquid brevibus Gyaris ac carcere dignum  
Si vis esse aliquid i — — —

Non opus est, Euangelicā fide prædicti ut pro cœlo af-  
sequendo laborent: iam nunc illud certò tenent: tantū  
ad id iuris habent, quantū Christus ipse: nec damnari  
possunt, nisi Christ⁹ damnetur. Omnes actiones bona  
e sunt peccata. i Constanter asserimus orando etiam  
peccare iustum. m Iura Mosaica quæ cogunt plus  
rium esse vxorum virum, non magis abrogata sunt,  
quam reliqua omnia. n Vxorem proximo mariti  
sui consanguineo nubere, ut præceptum non est, ita nec  
vetitum. o Clamo fidenter Christianis nihil ullo ius  
re posse imponi legum, nisi quantum volunt. p

Hæc sunt, Auditores, ex infinitis pauca illi⁹ puri,  
& puti, ac defecati, & ab omni Pontificio cœno repur-  
gati Euangelij decernim: è quibus si à Deo fese missos  
illi euincere, vos persuaderi velitis, sanè quidem f  
per me licet; dummodo per Deum vtricq; vel Deum  
ventrem q intelligatis, vel Deum huius seculi.  
Poterant adferri plura, sed omitto ea lubens, siue quod  
manum me tollere de tabula tempus iubet: siue quod  
vereor, ut vel hæc vobis pauca nauseam, aut, ut cum  
Tertulliano loquar, euerionē cerebri concuerint. Sas-  
tis enim istam supercq; camerinam commoui. Quod  
& desinam, si illud unum impetravero à vobis, ut  
quam-

c Lut: in prefat.  
nou, testa.  
d tom:3. Ien.  
Ger.fo:40.4.  
e Lut: in serm. de  
piscat, Petri.  
f Ibid.  
g Id:Postil.Ger.  
part:2 fol: 154.  
h Lut.serm: de pisc:  
Petri.  
i Iuue sat:3  
k Cingl. tom:3 in  
act. disp: Tigur:  
fol:628  
l Lut.serm: de pisc:  
Petri.  
m Idem serm. de  
Ascens: Dom:  
n Idem lib de Di-  
gā: Episcopp:  
o Lut: in serm. de  
Matrim.  
p Lut: in lib: de  
capt. Babylon:  
q ad Philip:3.v.  
19.  
r 2.Cor:4.7-46  
s Ter.li: de prese,

L-17  
268

quam hac præbuistis / tenus , pro vestrâ humâitate ,  
audientiam , eam in reliquo etiam dissertationis mihi  
cursu conseruetis . Spero , quæ vestrâ facilis  
tas est , impetraturum : certè ut impetrem  
maiores à vobis in modum etiam  
atq; etiam contendô .

## DIXI.

# LAVS DEO ET VIR- GINI MATERI.

# MINISTRIS BONA MENS.

